

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

In L. Catilinam, ad Quirites. Oratio XX.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

In L. Catilinam. II. Fo. CXXVIII.

Statorem huius urbis, atque imperii vere nominamus: hunc, & huius socios a tuis aris ceterisque templis, ac tectis urbis, ac moenibus, a vita, fortunisque civium omnium arcebis: & omnes inimicos bonorum, hostes patrie, latrones Italiae, scelerum foedere inter se ac nefaria societate coniunctos, eternis suppliciis vivos, mortuosque mactabis.

IN L. CATILINAM, AD QVIRITES. ORATIO, XX.



Andem aliquando Quirites Catilinam furentem audacia, scelus anhelantem, pestem patrie nefarie molientem, vobis, atque huic urbi ferrum, flammamque minitantem, ex urbe vel eiecimus, vel emisimus, vel ipsum egredientem urbe persecuti sumus: abiit, excessit, evasit, erupit: nulla iam perniciosa a monstro illo atque prodigio moenibus ipsis intra moenia comparabit. Atque hunc quidem unum huius belli domestici ducem si ne controversia vicinorum, non enim iam inter latera nostra sic illa versabit: non in campo, non in foro, non in curia, non denique inter domesticos parietes pertimescemus, loco ille motus est, cum est ex urbe depulsus: palam iam cum hoste nullo impediente bellum iustum geremus. Sine dubio perdidimus hominem: magnifice vicimus, cum illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium coniecimus. Quod vero non cruentum mucronem, ut voluit, extulit, quod ei ferrum de manibus extorsimus, quod incolumes civis, quod stantem urbem reliquit, quanto tandem illum moerore afflictum esse, & profligatum putatis: iacet ille nunc prostratus Quirites, & se percussus, atque abiectum esse sentit: & reatorquet oculos profecto sepe ad hanc urbem, quam ex suis faucibus ereptam esse luget. Quae quidem letari mihi videtur, quod tanta peste evomerit, forasque proiecerit. At si quis est talis, quales esse oes oportebat, qui hoc ipso, in quo exultat, & triumphat oratio mea, me vehementer accuset, quod tantum capitale hostem non comprehenderim potius, quam emissem: non est ista mea culpa, sed temporum. interemptum esse L. Catilinam, & gravissimo supplicio affectum iam pridem oportebat: id a me & mos maiorum, & huius imperii severitas, & Respublicae postulabat, sed quod multos fuisse putatis, qui quae ego deferrere, non crederent: quod multos, qui propter stultitiam non putarent: quod multos, qui etiam defenderent: quod multos, qui propter improbitatem fauerent. Ac si sublato illo, depelli a vobis omne periculum iudicaretur, iam pridem ego L. Catilinam non modo invidiam meam, verum etiam vitae periculo sustulisset. sed cum viderem ne vobis quidem omnibus re etiam probata, si illum, ut erat meritis, morte mulcassent, fore, ut eius socios invidia oppressus persequi non possem: rem huc deduxi, ut tunc palam pugnare posses, cum hostem aperte videretis. Quae quidem ego hostem Quirites, quod vehementer foris esse timendum putem, licet hinc intelligatis, quod illud etiam moleste fero, quod ex urbe parum comitatus exierit, utinam ille oes secum suas copias eduxisset. Tongillum mihi eduxit, quae amare in praetexta calumnia coeperat: Publicium, & Mimacium, quorum aes alienum contractum in popinam nullum Reipublicae motum afferre poterat. reliquit quos viros: quanto alieno aere, quam valentes, quam nobiles, vos videtis. Itaque ego illum exercitum ex Gallicanis legionibus, & cum hoc delectu, quae in agro Piceno & Gallico Q. Metellus habuit, ex his copiis, quae a nobis quotidie comparant, magnopere contemo, collectum ex senibus desperatis, agrestis luxuria, ex rusticis mediculis, ex decoctoribus, ex iis, qui vadimoniam deserere, quam illum exercitum maluerint, quibus ego non modo si aciem exercitus nostri, verum etiam si edictum Praetoris ostendero, concident. Hos, quos video volitare in foro, quos stare ad Curiam, quos etiam in Senatum venire, qui nitent vnguentis, qui fulget purpura, mallem secum eduxisset suos milites, quod si hic permanent, memoretote non tantum exercitum illum esse nobis, quam hos, qui exercitum deseruerunt, percontandos. Atque etiam hoc magis sunt timendi, quod quid cogitent, me scire sentiunt, ne quod tamen permouent. video cui Apulia sit attributa, qui habeat Hetruriam, qui agrum Picenum, qui Gallicum, qui sibi has urbanas insidias caedis, atque incendiorum depoposcerit: omnia superioris notis consilia ad me perlata esse sentiunt, patefecit in Senatu hesternam diem: Catilina ipse pertimuit, profugit: hi quid expectant: ne illi vehementer errant, si illam meam pristinam lenitatem perpetuam sperant futuram, quod expectavi, iam sum assecutus, ut vos oes factam esse aperte coniurationem contra Respublicam videretis, nisi vero si quis est qui Catilinae similes cum Catilina sentire non putet. Non est iam lenitati locus, severitatem res ipsa flagitat. unum etiam nunc concedam, exeant, proficiscant, ne patiantur desiderio sui Catilinam miserum tabescere. demonstrabo iter, Aurelia via profectus est. si accelerare volent, ad vesperam consequentur. O fortunata Respublica, si quidem hanc sentinam huius urbis bis.

Iupiter
Stator,

Sica,

Aes alienum,

mediastina,

Decoctorum,

Sentina urbis,

Oratio

Subiecto
testament.
Circūscri
ptor.

eiecerit. vno mehercle Catilinā exhausto, releuata mihi, & recreata Respu. videtur, quid em
mali, aut sceleris fingi, aut excogitari potest, qđ non ille cōceperit: quis tota Italia veneficus:
quis gladiator: quis latro: quis sicarius: quis parricida: quis testamentorū subiecto: quis cir-
cūscriptor: quis ganeo: quis nepos: quis adulter: quę mulier infamis: quis corruptor iuuen-
tutis: quis corruptus: quis perditus inueniri potest: qui se cum Catilinā nō familiarissime vi-
xisse fateatur: quę cades per hosce annos sine illo facta est: qđ nefarium stuprum non per illū:
Iam vero quę tanta in vilo vnq̄ homine iuuentutis illecebra fuit, quāta in illo: qui alios ipse
amabat turpissime, aliorum amorī flagitiosissime seruebat: aliis fructū libidinum, aliis mortē
parentū non modo impellendo, verū etiā adiuuando pollicebatur. Nunc vero q̄ subito nō so-
lū ex vrbe, verū etiā ex agris ingentē numerū perditorū hominū collegerat: nemo nō modo
Romę, sed ne vilo in angulo totius Italię oppressus aere alieno fuit, quem non ad hoc credi-
bile sceleris fœdus ascuerit. Atq; vt eius diuersa studia in dissimili ratione perspicere possi-
tis, nemo est in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior, qui se non intimum Catilinę esse
fateat: nemo in scena leuior, & nequior, qui se nō eiusdē prope sodalē fuisse cōmemoret. atq;
idē tñ stuprorū, & scelerū exercitatione assuefactus frigore, & fame, & siti, ac vigiliis perferen-
dis, fortis ab iis istis suis sociis p̄dicabat, cū industrię subsidia, atq; instrumenta virtutis, in li-
bidine, audacięq; consumerent. Hunc vero si sui fuerint comites secuti, si ex vrbe exierint de-
speratorū hominū flagitiosi greges, O nos beatos, O Rēp. fortunatā, O p̄clarā laudē Cōsu-
latus mei, iam em nō sunt mediocres hoīm libidines, inhumanę audacię, ac intolerandę: nihil
cogitant, nisi cedes, nisi incēdia, nisi rapinas: patrimonia sua profuderūt, fortunas suas obligu-
rierunt, res eos iam pridē, fides deficere nuper cœpit. eadē tñ illa, quę erat in abūdātia, libido
permanet. Q; si in vino & alea comestationes solum & scorta quęrent, essent illi quidē de-
sperandi, sed tñ essent ferendi. hoc vero quis ferre possit: inertes hoīes fortissimis insidiari, stul-
tissimos prudentissimis, ebriosos sobriis, dormientes vigilantibus, qui mihi accubantes in cō-
uiuīis, cōplexi mulieres impudicas, vino languidi, confecti cibo, sertis redimiti, vnguētis obli-
ti, debilitati stupris, eructant sermonibus suis cedē bonorū, atq; vrbis incēdia, quibus ego cō-
fido impendere fatum aliquod: & p̄nā iandū improbitati, nequitię, scelerī, libidini debitam
aut instare iam plane, aut certe iam appropinquare. Quos si meus consulatus, quoniā sanare
non potest, sustulerit, non breue nescio qđ tēpus, sed multa secula propagarit reipublicę, nula
est enim natio, quā pertimescamus: nullus Rex, qui bellum populo Ro. facere possit, omnia
sunt externa vnus virtute terra, mariq; pacata: domesticū bellum manet, intus insidię sunt,
intus inclusum periculum est, intus est hostis: cū luxuriā nobis, cum amētia, cum scelere cer-
tandū est. huic me bello ducē profiteor Quirites, suscipio inimicitias hominū perditorū: quę
sanari poterunt, quacūq; ratione sanabo: quę refecanda erunt, nō patiar ad perniciē ciuitatis
manare. Proin aut exeant, aut quiescant: aut si in vrbe, & in eadē mente permanent: quę merē-
tur, expectent. Ac etiā sunt Quirites, qui dicant a me in exiliū eiectum esse Catilinā, qđ verbo
si ego assequi possem, ipsos istos eiicerē, qui hęc loquunt. homo em videlicet timidus, & per-
modestus vocē consulis ferre nō potuit: simulatq; ire in exiliū iussus est, paruit. Q; hesternō
die cū domi meę pene interfectus essem, Senatū in aedē Iouis Statoris vocauī, rem oēm ad Pa-
tres conscriptos retuli, quo cū Catilinā venisset, quis eum Senator appellauit: quis salutauit:
quis deniq; ita aspexit, vt perditū ciuē, ac non potius importunissimū hostē: quin etiam prin-
cipes eius ordinis partē illam subselliorū, ad quā ille accesserat, nudā atq; inanē reliquerunt.
Hic ego vehemens ille Cōsul, qui verbo ciues in exiliū eiicio, quęsiui a Catilinā an in noctur-
no cōuentu apud M. Leccā fuisset necne: cū ille homo audacissimus cōscientia conuictus pri-
mo reticuisset, patefecit cetera: quid ea nocte egisset, vbi fuisset, quid in p̄xima cōstituisset, quę
admodū esset ei ratio totius bellī descripta, docui. Cū hesitaret, cū teneret, quęsiui qđ dubita-
ret proficisci eo, quo iā pridē pararat: cū arma, cū secures, cū dignitates, cū fascēs, cū tubas, cū
signa militaria, cum Aquilam illam argenteā, cui etiam sacrariū scelerū domi suę fecerat, sci-
rem esse p̄missam. In exiliū eiiciebam: quę iam ingressum in bellū esse videbā: Etenim credo
Manlius iste ceturio, qui in agro Fesulano castra posuit, bellū Populo Ro. suo noīe indixit, &
illa castra nūc nō Catilinā ducē expectāt: & ille eiectus in exiliū, se Massiliā, vt aiūt, nō in hęc
castra cōferet. O conditionē miserā nō modo administrandę, verū etiā cōseruandę reipu. nunc
si L. Catilinā consiliis, laboribus, periculis meis circunclusus, ac debilitatus subito pertimes-
cit, sententiam permutauerit, deseruerit suos, consiliū bellī faciendū abiecerit, ex hoc cura

Obliguri
Res iā pri-
dē, fides nu-
per defice-
re cœpit.
Desperādi
essent.

Aquila ar-
gentea Ca-
tilinę.

in sceleris, & belli iter ad fugam, atque in exilium conuerterit: non ille a me spoliatus armis audaciter, non obstupfactus, ac perterritus mea diligentia, non de spe conatus: depulsus, sed indignatus in nocens in exilium eiectus a Consule, vi, & minis esse dicetur: & erunt, qui illum, si hoc fecerit, non improbum, sed timidum, me non diligentissimum Consule, sed crudelissimum tyrannum existimare velint. Est mihi tanti o Quir, huius inuidie false atque inique temeritate subire, dummodo a vobis huius horribilis belli, ac nefarii periculum depellat. dicat sane eiectus esse a me, dummodo eat in exilium, sed mihi credite, non est iturus. nunc ego a diis immortalibus optabo Quirites inuidie mee leuanda causa, ut L. Catilinam ducere exercitum hostium, atque in armis volitare audiat. sed triduo tam audietis. multoque magis illud timeo, ne mihi sit inuidiosum aliquando, quod illum emissem potius quam eiecerim. sed cum sint homines, qui illum cum profectus sit, eiectum esse dicant, iudicium si interfectus esset, quid dicerent? Quis istum, qui Catilinam Massiliam ire dicitur, non tam hoc querunt, quam verentur. Nemo est istorum tam misericors, qui illum non ad Manlium, quam ad Massilienses ire malit. Ille autem si mehercules hoc, quod agit, nunc ante cogitasset, tamen latrocinantem se interficere mallet, quam exulem vivere. nunc vero, cum ei nihil adhuc preter ipsius voluntatem cogitatum acciderit, nisi si quod vivis nobis Roma profectus est, optemus potius, ut exeat in exilium, quam queramur. Sed cur tadium de vno hoste loquimur? & de eo hoste, qui iam fatetur se esse hostem: & quia, quod semper volui, murus interest, non timeo. de his, qui simulant, qui Romam remanent, qui nobiscum sunt, nihil dicimus: quos quidem ego, si villo modo fieri posset, non tam vlcisci studeo, quam sanare, & ipsos placare Reip. neque id quare fieri non possit, si me audire voluerint, intelligo. Exponam enim vobis Quir, ex quibus generibus hominum istae copiae comparantur. deinde singulis medicinam consilium, atque orationis meae, si qua potero, afferam. Primum genus est eorum, qui magno ere alieno, maiores etiam possessiones habent, quarum amore adducti dissolui nullo modo possunt. Horum hominum species est honestissima, sunt enim locupletes. voluntas vero & causa impudicissima. tu agris, tu aedificiis, tu argento, tu familia, tu rebus omnibus ornatus, & copiosus sis: & dubites aliquid de possessione detraxeris: ac fide acquirere: quid enim? expectas bellum? quid ergo in vastatione omnium tuarum possessiones sacrosanctas futuras putas: an tabulas novas: errant quae istas a Catilina expectant. meo beneficio tabulae novae proferuntur, verum auctionariae. neque enim isti qui possessiones habent, alia ratione vlla salui esse possunt, quod si maturius facere voluissent, neque (id quod stultissimum est) certare cum vrsuris, fructibus praediorum, locupletioribus his, & melioribus civibus uteremur. Sed hosce homines minime puto pertimescendos, qui aut deduci de sententia possunt: aut, si permanebunt, magis mihi videntur, vota facturum contra Rem. quam arma laturi. Alterum genus est eorum, qui quaeque praemunit ere alieno, dominationem tamen expectant, rerum potiri volunt: honores, quos quiescens Respublica desperat, turbata consequi se posse arbitrantur. Quibus hoc praecipendum videtur, unum scilicet & idem, quod ceteris omnibus, ut desperet se id quod conantur consequi posse. primum omnium me ipsum vigilare, adesse, providere Reip. deinde magnos animos esse in bonis viris, magnam concordiam, maximam multitudinem praeterea, magnas copias militum: deos denique immortales huic inuito populo, clarissimo imperio, pulcherrimae urbi, contra tantam vim sceleris praesentis auxilium esse luros. Quae si iam sint id quod cum summo furore cupiunt, adepti, non illi in cinere urbis & sanguine civium, quae mente scelerata, ac nefaria cupierunt, consules, ac dictatores, aut etiam reges se expectant futuros: non vident se cupere id, quod si adepti fuerint, fugitivo alicui aut gladiatorum concedi sit necessarium.

Tertium genus est aetate iam confectum, exercitatione robustum: quo ex genere est, ipse Mallius, cui nunc Catilina successit. hi sunt homines ex his coloniis, quas Fesulis Sylla constituit, quas ego uniuersas civium esse optimorum, & fortissimorum virorum sentio. sed tamen hi sunt coloni, qui se imperatis repentinis pecuniis sumptuosius insolentiusque iactant. hi dum aedificant tanquam beati: dum praediis, lecticis, familiis magnis, conuiuibus, apparatus, delectantur: in tantum aere alieno incidunt, ut si salui esse velint, Sylla sit his ab inferis excitandus. qui etiam nonnullos agrestes homines tenues atque egentes in eandem spem rapinarum veterum impulerunt, quos ego utrosque Quirites in eodem genere praedatorum, direptorumque pono, sed eos hoc moneo: desinat furere, & per scriptiones & dictaturas cogitare. tantum enim illorum temporum dolor iniustus est civitati, ut iam ista non modo homines, sed ne pecudes quidem mihi passurae esse videantur. Quartum genus sane varium, & mixtum, & turbulentum: qui iam pridem praemunit: qui nunc emergunt: qui partim inertia, partim male gerendo negotio, partim etiam sumptibus in vetere aere alieno vacillant: qui vadimonium, iudicium, proscriptionibus honorum defatigati, permulti ex agris, ex urbe se in illa castra conferre dicunt. hosce ego non tam milites acres, quam inficiatores lentos esse arbitror, qui homines primum

Sacrosanctae possessiones.

Aedificant tanquam beati

Inustus dolor.

Oratio

si stare nō possunt, corruāt, sed ita, vt nō modo ciuitas, sed ne vicini qdē proximi sentiāt. nā illud nō intelligo, quāobrem, si viuere honeste nō possunt, perire turpiter velint. aut cur minore dolore perituros se cū multis, q̄ si soli pereant, arbitrent. Quintū genus est parricidarū, ficariorū, deniq; omnium facinorosorū: quos ego a Catilina nō reuoco: nam neq; diuelli ab eo possunt, & pereāt sane in latrocinio, quoniam sunt ita multi, vt eos capere carcer nō possit.

Postremū autē genus est nō solū numero, verū etiā genere ipso, atq; vita, qdē propriū est Catilinā, de eius delectu, immo vero de cōplexu eius, ac sinu: quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos, videris, manicatis, & talaribus, ac tritis tunicis, velis amictos, non togis: quorū oīs industria vitē, & vigilādī labor in antelucanis cœnis expromit. in his gregibus oēs aleatores, oēs adulteri, oēs impuri, impudiciq; versant. hi pueri tā lepidi, ac delicati, qui nō solū amare, & amari, neq; cārere, & psallere, sed etiā ficas vibrare, & spargere venena didicerūt: q̄ ni exeūt, ni pereūt, etiā si Catilina perierit, scitote hoc in Rep. seminariū Catilinariū futurū. verū qd sibi isti miseri volūt: nō suas secū mulierculas sunt in castra ducturi: quē admodū illis carere poterūt: his p̄sertim iā noctibus: quo autē pacto illi Apenninū, atq; illas pruinas, ac niues perferēt: nisi idcirco se facilius hyemē toleraturos putant, q̄ in cōuiuīs nudi saltare didicerūt. O bellū magnopere perimescēdū, cū hāc sit habiturus Catilina scortatorū cohortē Prætorīā. Instruite nūc Quir. cōtra has tā p̄claras Catilinē copias vestra p̄sidiā, vestrosq; exercitus. & primū gladiatorī illi cōfecto, & saucio Cōsules, Imperatoresq; vestros opponite. deinde cōtra illā naufragorū eiectā, ac debilitatā manū, florē totius Italię, ac robur educite. iā vero vrbes coloniarū, ac municipiorū respondebūt Catilinē tumulis syluestribus. Neq; vero ceteras copias, ornāmēta vestra, p̄sidiā, cū illius latronis inopia, atq; egestate debeo conferre. sed si omīssis his rebus oībus, q̄bus nos suppeditamur, eget ille: Senatu, Equitibus Romanis, populo, vrbe, arario, vectigalibus, cūcta Italia, prouinciis oībus, exteris nationibus: si his rebus omīssis, ipsas causas, quę inter se cōfigūt, cōtēdere velim⁹, ex eo ipso, q̄ valde ipsi iaceāt, intelligere possumus. ex hac em̄ parte pudor pugnat, illinc petulātia: hinc pudicitia, illinc stuprū: hinc fides, illinc fraudatio: hinc pietas, illinc scelus: hinc cōstantia, illinc furor: hinc honestas, illinc turpitudine: hinc cōtinentia, illinc libido. deniq; æquitas, tēperantia, fortitudo, prudētia, virtutes oēs, certāt cū iniquitate, cū luxuria, cū ignauiā, cū temeritate, cū vitiis oībus. postremo copię cū egestate, bona ratio cū perdita, mēs sana cū amētia, bona deniq; spēs cū omnium rerū desperatione cōfigit. In huiusmodi certamine, ac p̄lio nōne, etiā si hoīm studia deficiāt, dii ipsi imortales cogāt, ab his p̄clarissimis virtutibus tot, & tāta vitia superari! Quę cū ita sint Quir. vos quēadmodū iā antea dixi, vestra tecta custodiis, vigiliisq; defendite. mihi vel vrbi sine vestro motu, ac sine vllō tumultu, satis esse p̄sidiū cōsultū, ac prouisum est. coloni oēs, municipesq; vestri certiores a me facti de hac nocturna excursionē Catilinē, facile vrbes suas, finesq; defendēt. gladiatores, quā sibi ille maximā manū, & certissimā fore putauit, q̄q; meliore animo sunt q̄ pars patriciorū, potestate tamē in vestra cōtinebunt. Q. Metellus, quē ego prospiciēs hoc, in agrū Gallicanū p̄missi, Picensiq; aut opprimet hominē, aut oēs ei⁹ motus, conatusq; prohibebit. reliqs autē de rebus cōstituēdis, maturādīs, agēdis, iā ad Senatū referemus, quē vocari videris. Nūc illos q̄ in vrbe permanserūt, atq; adeo cōtra vrbis salutē omniumq; vestrū in vrbe a Catilina relictī sunt, q̄q; sint hostes, tamē q̄ nati sunt ciues, monitos eos etiā atq; etiā volo. mea lenitas adhuc si cui solutior visa est, hoc expectauit, vt id qd latebat, erumperet. qd reliquū est, iam nō possum obliuisci, meā hāc esse patriā, meorū esse me cōsulē, mihi aut cū his viuēdū, aut pro his esse moriendum. nullus est portæ custos, nullus insidiator viæ: si qui exire volūt, cōsulere sibi possunt. qui vero in vrbe se cōmouerit, cuius ego nō modo factū, sed inceptū vllū, conatūve cōtra patriā deprehendero, sentiet in hac vrbe esse cōsules vigilantes, esse egregios magistratus, esse fortem Senatū, esse arma, esse carcerē, quē vindicē nefariorū ac manifestorū scelerū maiores nostri esse voluerūt. Atq; hac oīa sic agentur Quirites, vt res maximā, minimo motu, pericula summa, nullo tumultu, bellū intestinū, ac domesticū post hominū memoriā crudelissimū & maximū, me vno togato duce, & Imperatore sedēt. quod ego sic administrabo Quirites, vt si vllō modo fieri poterit, ne improbus qdē quisq; in hac vrbe p̄nā sui sceleris sufferat. sed si vis manifestę audacię, si impēdēs patrię periculū me necessario de hac animi lenitate deduxerint, illud profecto perficiā, qd in tanto, & tā insidiosō bello vix optandū vidēt, vt ne quis bonus intereat, paucorumq; p̄na vos oēs iam salui esse possitis. Quę quidē ego neq; mea prudē

Cœnæ antelucanæ.

Suppeditari.
Cōtendere causas.

Referre ad Senatū.

ria, neq; humanis cōsiliis fretus pōlliceor vobis Quir. sed multis nō dubiis deorū immortalīū significationibus: qbus ego ducibus in hāc spem, sententiāq; sum ingressus, qui iā non procul, vt quondā solebant, ab extero hoste, atq; lōginquo, sed hic presentes suo numine, atq; auxilio sua tēpla atq; vrbis tecta defendēt. quos vos Quirites precari, venerari, atq; implorare debetis. vt quā vrbē pulcherrimā, florētissimā, potētissimāq; esse voluerūt, hāc oībus hostiū copiis terra mariq; superatis a perditissimorum ciuium nefario scelere defendant.

In hāc spē
ingressus.

IN L. CATILINAM, AD QVIRITES. ORATIO. XXI.



REMPUBLICAM QVIRITES, VITAMQVE OMNIUM VESTRŪ, bona, fortunas, cōiuges, liberosq; vestros, atq; hoc domicilium clarissimi imperiū, fortunatissimā, pulcherrimāq; vrbē, hodierno die deorū immortalīū erga vos summo amore, laboribus, cōsiliis, periculisq; meis ex flamma, atq; ferro, ac pene ex faucibus fati ereptā, & vobis cōseruatā, ac restitutā videtis. Et si nō minus nobis iucūdi atq; illustres sunt ii dies, quibus cōseruamur, q̄ illi, qbus nascimur: q̄ salutis certa latitā est, nascēdi incerta conditio: & q̄ sine sensu nascimur, cū voluptate cōseruamur: profecto, quoniā illū, q̄ hāc vrbē cōdidit, Romulū ad deos immortales beneuolētia, fama; sustulimus, esse apud vos posterosq; vestros in honore debet dies is, q̄ eandē hāc vrbē cōditā, amplificatamq; seruauit. nā totius vrbis tēplis, delubris, tectis oībus, subiectos prope iā ignes circūdatosq; restinximus, iidēq; gladios in Remp. districtos retudimus, mucronesq; eorū a iugulis vestris reiecimus. Quē quoniā in Senatu illustrata, patefacta, comperta sunt per me, vobis iā exponā breuiter Quirites, vt & quanta, & q̄ manifesta, & qua ratione inuestigata, & comprehensa sint, vos q̄ ignoratis, ex actis scire possitis. Principio vt Catilina paucis ante diebus erupit ex vrbe, cū sceleris sui socios, & huiusce nefarii belli acerrimos duces Romæ reliquisset, semp vigilauit, & puidi Quir. quēadmodū in tātis, & tā absconditis insidiis salui esse possemus. Nā tū, cū ex vrbe Catilinā eiciebā, (nō em̄ iā vereor huius verbi intuidiā, cū illa magis sit timēda, q̄ viuus egressus est) sed tū, cū illū exterminari volebā, aut reliquā cōiuratorum manū simul exiturā, aut eos, q̄ remāssissent, infirmos sine illo ac debiles putabā. Atq; ego vt vidī, quos maxio furore & scelere eē inflammatos sciebā, eos eē nobiscū, & Romē remāssisse: i eo oēs dies noctesq; cōsumpsi, vt qd agerēt, qd molirent, sentire, ac viderē: vt qm̄ aurib; vris ppter incredibile magnitudinē sceleris minorē fidē faceret oīo mea, rē ita cōprehenderē, vt tū demū animis salutē vestrē pvideretis, cū oculis maleficiū videretis. Itaq; vt comperi legatos Allobrogū belli trāsalpini & tumult; Gallici excitādī causa, a P. Lētulo eē sollicitatos, eosq; in Galliā ad suos ciues, eodē itinere cū lris, mādatiq; ad Catilinā esse missos, comitēq; iis adiūctū Vulturciū, atq; huic datas eē ad Catilinā lras: facultatē mihi oblatā putauī, vt qd erat difficillimū, qd; ego semp optabā a diis immortalib; tota res nō solū a me, sed etiā a Senatu, a vobis manifeste deprehēderē. Itaq; hesternō die L. Flaccū, & Cn. Pontinū Prētores fortissimos atq; amātissimos Reip. viros, ad me vocauī, rē oēm exposuī, qd fieri placeret ostendī. Illi autē, q̄ oīa de Rep. p̄clara, atq; egregia sentirēt, sine recusatione, ac sine vlla mora negotiū susceperūt: & cū aduerserasceret, occulte ad pōtē Miluiū puenerūt: atq; ibi p̄ximis villis ita bipartiti fuerunt, vt Tiberis inter eos, & pōs interesset. eodē autē & ipsi sine cuiusq; suspitione multos fortes viros eduxerūt: & ego de Prēfectura Reatina complures delectos adolescētes, quoq; vtor assidue in Reip. p̄sidio, cū gladiis miserā. Interim tertia fere vigilia exacta, cū iam pōtē cū magno comitatu legati Allobrogū ingredi inciperēt, vnaq; Vulturci; fit in eos ip̄tus: educunt & ab illis gladiū, & a nostris: res erat Prētoribus nota solis, ignorabat a ceteris. Tū interuētū Pontini, atq; Flacci, pugna quē erat cōmissa, sedatur: litere, quēcūq; erant in eo comitatu, integris signis Prētorib; tradunt, ipsi cōprehēsi ad me cū iam dilucesceret deducuntur. Atq; horū oīm scelex; improbissimū machinatorē Cimbrū Gabiniū, statim ad me nihil dū suspicātē vocauī. Deinde item accersit P. Statilius, & post eū Cethegus, tardissime aut Lētulus, credo q̄ literis dandis, p̄ter cōsuetudinē proxima nocte vigilarat. Cū vero summis ac clarissimis viris hui; ciuitatis, q̄ audita re mane ad me cōuenerant, lras a me prius aperiri q̄ ad Senatū referri placeret, ne si nihil esset inuētū, temere a me tātus tumult; iniect; ciuitati

Nascēdi cō
ditio incer
ta.

Aduēspē
rasceret.

Vtor cū
genitio.

Dilucesce
ret.